

утворені форми.

V.Перекладіть українською мовою:

1. Ades amīcis, amīci tibi adērunt. 2. Vetus Roma a mari sedēcim milia passuum abērant. 3. Gens Belgārum a provincia longe abest, ubi cultus et humanitas floret. 4. Dux exercitui praeērat. 5. Nauta pugnae navāli interfuit. 6. Duōbus domīnis nemo servīre potest. 7. Scientiae nobis omnibus prosunt. 8. Nemo post te nobis praeesse potērit. 9. Nunc multa possumus, quae olim non poterāmus. 10. Amīcus amīco opem fert. 11. Superbiam tuam non ferēmus. 12. Bellum nolūmus, sed omnes impētus hostium propulsabīmus. 13. Omnes eadem difficilia ferīmus. 14. Incōlae totius Galliae linguā, institūtis, legibus inter se differēbant. 15. Quae volūmus, id libenter credīmus. 16. Parrhasius tabūlam tulērat, in qua puērū pinxit. 17. Scīre aliquid laus est, culpa est nihil discere velle. 18. Cras ad urbem ibo. 19. Bene laborāmus, iucunde edīmus. 20. Peccāre est tamquam transire lineam. 21. Nolite id velle, quod fieri non potest. 22. Nemo fit casu bonus. 23. Este (edite) semper fructus recentes! 24. Nomina, ut aiunt, sunt odiōsa. 25. Puēris Lacodaemoniōrum, ut aibant senes, non licuit sedere. 26. Lepus parvulus inquit: “Homīnes mali me canibus sequuntur”. 28. Omnia fient, quae voluistis.

Augustus

Paucos annos Caesar rei publicae praefuit. Quamquam amīcis in rebus secundis et adversis semper fidem servavērat, tamen Brutus, amīcus Caesāris, inter coniurātos erat. Dies mortis Caesāris rei publicae Romānae dies nefastus fuit. Nam res publica perniciēi numquam tam propinqua fuit. Novum bellum civile rem publicam vexāvit. Rursus multōrum civium vita aut res familiāris in pericūlo erat. In Octaviāno, nepōte Caesāris, ultīma spes civium erat. In planitie Macedoniae prope Philippos cum coniurātis acie decertāvit. Postquam omnes adversārios Caesāris superāvit, pacem in re publica reconciliāvit. Fidem et pietātem, fundamenta omnium rerum publicārum, renovāvit. Itaque senātus Octaviānum “Augustum” appellāvit. Multi poētae et rerum scriptōres Augustum celebravērunt. Semper res gestae imperatōris in admiratiōne omnium erunt.

De Diogēne philosōpho

Diogēnes philosōphus Sparta Athēnas iter faciēbat. In itinere vir Graecus Diogēnem interrogāvit: “Unde venis, o Diogēnes? Quo is?” Tunc sapiens statim: “A viris, – inquit, – ad muliēres. Existimābat enim Athenienses nimis molles et luxuria cupidos mulieribus esse similes”.

VI. Перекладіть латинською мовою:

1. Хотіти і робити – це не те саме. 2. Деревя приносять різні плоди. 3. Народи Галії відрізнялись між собою звичаями і законами. 4. Не всі можуть і хочуть добре вчитись. 5. Ми не хочемо війни. 6. Сам час приносить розраду.

VII. Перекладіть латинський вислів “Fit fabricando faber”. Знайдіть відповідники в сучасних мовах.

Mandate memoriae sententias Latīnas

- ✓ Altera manu fert lapīdem, panem ostendat altēra. – Однією рукою тримає камінь, а другою простягає хліб.
- ✓ Cui dolet, memīnit. – Кому болить – той пам’ятає.
- ✓ Ducunt volentem fata, nolentem trahunt (*Seneca*). – Бажаючого доля веде, небажаючого тягне.
- ✓ Edīmus, ut vivāmus, non vivīmus, ut edāmus. – Їмо, щоб жити, не живемо для того, щоб їсти.
- ✓ Feci, quod potui, faciant meliōra potentes. – Я зробив, що зміг, нехай краще зроблять ті, хто зможе.
- ✓ Fer patienter onus, fac sapienter opus. – Терпляче неси тягар, розумно роби справу.
- ✓ Fit fabricando faber. – Майстром людина стає тільки завдяки праці.
- ✓ Haurit aquam cribro, qui discēre vult sine libro. – Той набирає воду решетом, хто хоче вчитися без книги.
- ✓ In silva ligna ne feras. – Не носи дров до лісу.
- ✓ In sterculino plurimum gallus potest. – На своєму смітнику півень – герой.
- ✓ Nemo omnia potest scīre (*Varro*). – Ніхто не може знати все.
- ✓ Non omnia possūmus omnes. – Ми не всемогутні.
- ✓ Non sibi male vult. – Він собі на умі.
- ✓ Non vult scire satur quid ieiūnus patiātur. – Не хоче знати ситий, що терпить голодний.
- ✓ Qui totum vult, totum perit. – Хто всього жадає, все втрачає.
- ✓ Sic transit gloria mundi. – Так минає доля світу.
- ✓ Stultum facit fortūna, quem vult perdēre. – Доля робить нерозумним (того), кого хоче знищити.

Тема: Віддієслівний іменник. Віддієслівний прикметник

I. Утворіть герундій, напишіть чотири відмінки одного з віддієслівних іменників: discēre, tacēre, mutāre, punīre.

II. Утворіть і перекладіть українською мовою герундив від дієслів: rogāre, delēre, ducēre, munīre.

III. Проаналізуйте граматичні форми герундія. Визначте, від яких дієслів вони утворилися: ad cogitandum, errando, dolendi, vivendi, ad audiendum.

IV. Перекладіть українською мовою:

1. Pacta servanda sunt. 2. Ars rem publicam bene administrandi difficillima est. 3. Non in legendo, sed in intellegendo leges consistunt. 4. Hominis mens discendo alitur et cogitando. 5. Non modo ars dicendi, sed etiam ars tacendi difficillima est. 6. Modus in omnibus rebus tenendus est. 7. Dubitando ad veritatem pervenimus. 8. Lex iubet, quae facienda sunt, prohibet contraria. 9. Libertas est potestas faciendi id, quod iure licet. 10. Homo ad intellegendum et agendum natus est.

De Herodoto

Herodotus Halicarnassius discendi causa terras remotissimas peragravit; multa enim discimus peregrinando et videndo et audiendo.

Inerat in eo studium peregrinandi maximum. Herodotus in Aegyptum venit ibique a sacerdotibus multa didicit. Aegyptii enim scribendi, pingendi, sculpendi periti erant; medici arte medendi florabant. Inde ad Phoenices pervenit, a quibus ars scribendi inventa est.

V. Замініть герундій герундивом і перекладіть словосполучення і речення:

1. Ars legendi libros, cupiditas gubernandi civitatem, arma ad defendendum urbes, necessitas aedificandi naves, ars ornandi domos, cupiditas discendi historiam, necessitas petendi pacem, liber de gerendo bella, necessitas defendendi patriam, peritus gerendi bellum. 2. Venit ad legendum libros. 3. Discimus legendos libros. 4. Legendo librum delector. 5. Accipiendo epistulam laetor.

VI. Перекладіть латинський вислів “De gustibus non est disputandum”. Знайдіть відповідники в сучасних мовах.

Mandate memoriae sententias Latīnas

- ✓ Augendo virtus crescit, tardando timor. – Мужність зростає завдяки сміливим вчинкам, а страх – від зволікання.
- ✓ De gustibus non est disputandum. – Про смаки не слід сперечатися.

- ✓ Deliberandum est saepe, statuendum est semel. – Розмірковувати слід часто, а вирішувати один раз.
- ✓ Dum ferrum candet, tundendum est. – Слід кувати залізо, поки тепле.
- ✓ Equi donāti dentes non sunt inscipiendi. – Дарованому коневі в зуби дивитися не слід.
- ✓ Fama crescit eundo. – Чутки ростуть на ходу.
- ✓ Gutta cavat lapīdem non vi, sed saepe cadendo. – Крапля довбає камінь не силою, а частим падінням.
- ✓ Homīnis mens discendo et cogitando alitur. – Людський розум збагачується навчанням і мисленням.
- ✓ Modus vivendi. – Спосіб життя.
- ✓ Nulla aetas ad discendum sera est. – Ніякий вік не пізній для навчання.
- ✓ Pacta servanda sunt. – Договори необхідно зберігати.
- ✓ Sapientia ars vivendi putanda est. – Мудрість слід вважати мистецтвом життя.

Тема: Кількісні числівники. Порядкові числівники. Розділові і прислівникові числівники

I. Запишіть словами: 58, 71, 111, 214, 563, 944, 1332, 1685.

II. Напишіть словами та римськими цифрами: 78-ий, 124-ий, 386-ий, 745-ий, 1296-ий.

III. Провідмінійте словосполучення: unus civis, duae puellae, tria oppīda, tria milia milītum.

IV. Доповніть речення:

1. Duo et duo sunt 2. Unum et octo sunt 3. Tria et quattuor sunt 4. Octo de decem sunt 5. Tria et septem sunt 6. Tria de ... sunt quinque. 7. ... et quattuor sunt novem. 8. ... et quinque sunt octo. 9. ... de quinque sunt tria. 10. Quinque et ... sunt decem.

V. Узгодьте кількісні числівники з іменниками: annos (tres, duo, novem, viginti, ducenti, sescenti); militībus (duo, quattuor, quadringenti); amicis (tres, duo, novem).

VI. Утворіть порядкові числівники: duo, viginti, triginta unus, centum tres; unus, undeviginti, quadraginta duo, ducenti quattuor; quattuor, duodeviginti, quinquaginta tres, trecenti quinque; sex, septendecim, sexaginta quattuor, quadringenti sex; quinque, quindecim, septuaginta sex, quingenti septem.

VII. Напишіть латинською мовою дати: 1389 р., 1738 р., у 1864 р., 1941 р., у 4 столітті до н.е., у 72 р. до н.е.

VIII. Перекладіть речення:

1. Conscientia – mille testes. 2. Illi septem colles Romae antīquae noti sunt. 3. Quattuor sunt anni tempōra: ver, aestas, autumnus, hiems. 4. Sex mensis dimidīum anni est. 5. Septem sapientīum sapientissīmus erat Solo. 6. Unus pro omnībus et omnes pro uno. 7. In legiōne Romāna Caesāris temporībus sex milia milītum erant. 8. Tria genēra aquārum sunt: aquae maris, fontium, fluviōrum, quībus omnībus Neptūnum praesse antīqui putābant. 9. Duos qui lepōres sequitur, neutrum capit. 10. Tertium non datur.

IX. Перекладіть на латинську мову:

1. Є чотири пори року: весна, літо, осінь, зима. 2. Рік налічує 365 днів. 3. У бібліотеці було 3 тисячі книг. 4. Учні прочитали 82 книги. 5. Я маю сто книг. 6. У школі тисяча учнів. 7. Я прочитав одну книгу. 8. Я прочитав цю байку тричі. 9. Славетний український поет народився 1814 року.

X. Продовжте речення: 1. Natus (nata) sum annō 2. Mater mea nata est annō 3. Pater meus natus est annō 4. Frater meus natus est annō 5. Soror mea nata est annō 6. Avus meus natus est annō 7. Avia mea nata est annō XI. Перекладіть українською мовою:

De annis, mensibus et diebus

Romūlo regnante, annus decem menses habēbat et primus anni mensis Martius erat, qui a deo Marte nomen suum traxit. Secundus mensis erat Aprīlis, a Venēre deā, quae apud Graecos Aphroditae nomen habēbat, appellātus. Tertius – Maius, a Maia deā, antiquissimā Italōrum deā, et quartus mensis Iunius a Iunone, Iovis uxore, nomen habebat. Quintus mensis primo Quintīlis appellabātur et sextus – Sextīlis, sed postea Romāni Quintīlem in Iulii Caesaris honorem Iulium nominavērunt, mensem autem Sextīlem – Augustum, in Octaviāni Augusti honorem. Septīmus mensis September appellabatur, octāvus – October, nonus – November, decīmus – December. Numa, alter rex Romanōrum, numērum mensium duōbus auxit et ordinem horum mutāvit. Mensis Ianuarius a Iano, principii deo, et Februarius a februo, Romanōrum ritu sacro, appellātus est. Postquam Gaius Iulius Caesar anno quadragesīmo sexto ante aeram nostram annum ad cursus solis accomodāvit, annus trecentōrum sexaginta quinque diērum fuit, et unus dies quarto anno, qui bisextīlis appellabātur,

intercalabātur. Ianuarius primus anni mensis factus est, sed nomīna aliōrum mensium mutāta non sunt.

Alii menses anni triginta, alii triginta unum dies, mensis autem Februarius duodetriginta aut undetriginta dies habēbat.

Primus mensis dies Kalendae appellabatur, quintus – Nonae, tertius decīmus – Idus. Mensībus autem Martio, Maio, Iulio et Octobri Nonae fuērunt septīmus, Idus – quintus decīmus mensis dies. Postea mensis in septimānas divīsus est. Dies septimānae fuērunt: Lunae dies, Martis dies, Mercurii dies, Iovis dies, Venēris dies, Saturni dies, Solis dies. Dies a nominībus deōrum et deārum appellati sunt.

Aenigma Sphingis

Antiquis temporībus Thebāni crudelitate Sphingis, horribīlis monstri, multa mala patiebantur. Sphinx, in saxo ante portas oppīdi sedens, omnībus aenigma proponebat et eos qui solvēre non potērant, interfīciebat. Hoc autem erat aenigma: “Quid ingredītur mane quattuor pedībus, meridie duōbus, vespēri tribus?” Oedīpus adulescens ad oppīdum Thebas venit et illud aenigma solvit: “Homo” – inquit. Tum Sphinx de saxo se deiecit. Oedīpus cum laetitia a plebe acceptus est et rex fit (factus est) (став) Thebanōrum.

Mandate memoriae sententias Latinas

- ✓ Amōrem canat aetas prima. – Хай про кохання співає юність.
- ✓ Audiatur et altēra pars. – Нехай буде вислухана й інша сторона.
- ✓ Conscientia est mille testes. – Совість – тисяча свідків.
- ✓ Duabus sellis sedēre. – Сидіти на двох стільцях.
- ✓ Duōbus certantībus tertius gaudet. – Коли двоє б’ються, третій радіє.
- ✓ Duos qui lepores sequitur, neutrum serpit. – Хто ганяється за двома зайцями, жодного не спіймає.
- ✓ Falsus in uno, falsus in omnībus. – Фальшивий в одному – фальшивий в усьому.
- ✓ Homo trium litterārum. – Людина трьох літер (обмежена людина).
- ✓ Nemo duōbus servīre potest. – Ніхто не може служити двом.
- ✓ Primus inter pares. – Перший серед рівних.
- ✓ Tertium non datur. – Третього не дано.
- ✓ Tres faciunt collegium. – Троє становлять товариство.
- ✓ Tribus verbis. – У трьох словах (коротко).
- ✓ Una hirundo non facit ver. – Одна ластівка не робить весни.

- ✓ Unum castigābis, centum emendābis. – Одного покараєш – сотню виправиш.
- ✓ Unus pro omnībus et omnes pro uno. – Один за всіх і всі за одного.
- ✓ Unus vir – nullus vir. – Один муж – ще не муж.
- ✓ Vox unius – vox nullius. – Один голос – не голос.

Тема: Знахідний відмінок з неозначеною формою дієслова.
Називний відмінок з неозначеною формою дієслова

I. Утворіть всі види інфінітивів від дієслів: accuso, āvi, ātum, āre – звинувачувати; video, vidī, visum, ēre – дивитися, бачити; rego, rexī, rectum, ěre – керувати; punio, īvi, ĩtum, ĩre – карати.

II. Визначте форми інфінітивів: victum iri, laudāri, regi, condidisse, lectūrus esse, valēre, intelexisse, conditum esse, defendēre, conditūram esse.

III. Поставте речення залежно від дієслова scio або безособового виразу constat:

1. Hic homo prudentissimus est. 2. Cicero orator maximus est. 3. Ignorantia legis non est argumentum.

IV. Складіть речення зі зворотом Nominativus cum infinitivo за допомогою сентенцій і дієслова fertur (кажуть):

1. Repetitio est mater studiōrum. 2. Historia est magistra vitae. 3. Omne initium difficile est. 4. Avarus semper eget. 5. Labor omnia vincit.

V. З поданих речень утворіть синтаксичний зворот Accusativus cum infinitivo:

1. Homines antiqui putabant. Dei orbem terrarum regunt. 2. Thales docēbat. Omnia constat ex aqua. 3. Omnes scimus. Hic homo sapiens est. 4. Imperator videt. Hostes appropinquant. 5. Populi antiqui putabant. Prometheus hominibus ignem donavit.

VI. Розкрийте дужки, поставте форму інфінітива від дієслова lego у відповідності до наведеного значення:

1. Video epistulam a sorore (читається). 2. Scio libros Vergilii a discipulis (прочитані). 3. Magister sperat opera Homeri a discipulo (будуть прочитані). 4. Magister dixit discipulos carmina Homeri (читають). 5. Puto illam virginem epistulam tuam (прочитає). 6. Frater dixit se epistulam amici sui iam (прочитав).

VII. Поставте речення залежно від дієслівних форм putatur, dicitur, videtur, traditur, iubentur:

1. Leo rex bestiārum est. 2. Soror mea bene cantat. 3. Lingua Latīna nobis utilis est. 4. Milītes pontem struunt. 5. Romūlus conditor Romae fuit.

VIII. Перетворіть зворот accusatīvus cum infinitīvo в nominatīvus cum infinitīvo:

1. Iam antiqui putabant victoriam amare curam. 2. Tradunt multas urbes a Caesare expugnatas esse. 3. Tradunt Aesopum servum fuisse. 4. Populi antiqui putabant multos deos mundum regere. 5. Tradunt Graecos Troiam expugnavisse.

IX. Перекладіть українською мовою: 1. Comoediam esse dicit Cicēro imitatiōnem vitae, specūlum consuetudinū, imaginem veritatis. 2. Constat ad salūtem civium leges inventas esse. 3. Socrates inquit: “Scio me multa nescire, itaque multo sapientior sum, quam homīnes, qui putant se omnia scire”. 4. “Memento te homīnem esse” – haec verba servum publicum imperatōri acclamare moris fuisse constat. 5. Oracūlum datum erat Troiam a Graecis delētum iri. 6. Thales aquam dixit esse intium rerum. 7. Fortūna caeca esse dicitur. 8. Antīqui homīnes credēbant multos deos esse. 9. Graecōrum poetae narrābant deos supēros in Olympo habitare. 10. A Iove et caelum et terram gubernari antīqui homīnes credēbant. 11. Eum res humānas regere credēbant, leges homīnum ab eo constitui et scelera puniri putābant. 12. Iunōnem Iovis uxōrem fuisse scīmus. 13. Iovi filios et filias multos fuisse notum est. 14. Constat Neptūnum maria omnia et fluvios gubernavisse. 15. Memoria tenēmus a Cerere homines frumento donatos esse. 16. Ab Apollīne hominibus artis musicae usum praebitum esse audimus.

De Hesperidum insulā

Hesperidum insula fuit in fine orbis terrarum, prope Oceanum montemque Athlantem. Narratur Hesperides, pulchrae Hesperii filiae in mirō insulae hortō habitavisse. Ibi ingentis arbōris mala aurea omnium homīnum admiratiōnem movebat. Homines tamen egregia mala capere non poterant, quod draco arbōris custos erat, etiam fortes viros terreat. Sed Hercūles usque ad claram insulam ire et ibi mira mala capere constituit. Traditur terra marique iter fecisse multosque hostes in itinere interfecisse. Tandem Hesperidum insulam adiit. Dicitur Hercūles ibi in maximo pericūlo fuisse. Hesperides, Hercūli benignae, dracōnem sopivisse traduntur. Ita Hercūles immanem feram interficere potest atque cum malis aureis in Graeciam salvus redit.

Mandate memoriae sententias Latinas

- ✓ *Homīnem te esse memento!* – Пам’ятай, що ти – людина!
- ✓ *Homo sum, humani nihil a me aliēnum puto.* – Я людина, і ніщо людське мені не чуже.
- ✓ *Legem brevem esse oportet.* – Закон мусить бути коротким.
- ✓ *Scio me nihil scire.* – Я знаю, що я нічого не знаю.
- ✓ *Mendācem memōrem esse oportet.* – Брехун мусить бути пам’ятливим.

Тема: Синтаксичний зворот “Орудний незалежний”

I. Утворіть і перекладіть українською мовою *participium praesentis actīvi* та *participium perfecti passīvi* від таких дієслів:
vinco, vici, victum, ēre – перемагати; *deleo, ēvi, ētum, ēre* – руйнувати; *defendo, defendi, defensum, ēre* – захищати; *dico, dixi, dictum, ēre* – говорити; *monstro, āvi, ātum, āre* – показувати.

II. Поставте утворені форми дієприкметників в *Abl. Sing.* та *Abl. Plur.*

III. Перекладіть зворот *Ablatīvus absolūtus* усіма можливими способами:

Hostībūs appropinquantībūs ..., *Alexandro bellum gerente ...*, *me absente ...*, *Priamo regnante ...*, *bello confecto ...*, *Caesāre necato ...*, *captis castris ...*, *re intellecta ...*, *Troia capta ...* .

IV. Перекладіть українською мовою:

1. *Priamo regnante Troia capta est.* 2. *Cicerōne consūle, coniuratio Catilīnae detecta est.* 3. *Caesar Gallis devictis Romam rediit.* 4. *Alexander Magnus, urbibus maritimis captis, inferiorem Asiam occupāvit.* 5. *Xerxes Thermopylis expugnātis urbem Athēnas incendio delēvit.* 6. *Agris vastātis hostes oppidum obsedērunt.* 7. *Demonstrāta concordiā consūles templum intravērunt.* 8. *Pace restitūta Romāni ad ea officia rediērunt, quae in foro et in agris explentur.* 9. *Placātis canībūs celerīter aedificium intravīmus.* 10. *Numa regnante Romae multa templa aedificāta sunt.* 11. *Imperatōre Augustō Colosseum aedificātum est.* 12. *Imperatōre Vespasiānō virgīnes Sabinōrum dolō captae sunt.* 13. *Caesāre imperatōre bellum Gallicum gestum est.*

De Ulixē

Graeci, Troiā incensā, rursus Graeciam petivērunt. Multi eōrum, variia errorībūs factis, in patriam revertērunt. Ulixēs, tempestāte cursum

prohibente, in insulam, cui nomen Ogygia erat, delatus est. Ibi nympa, amore impulsus, Ulixem immortalitatem promittens retinebat. Ulixes septem annos in insula moratus Athēna adiutrice navigium aedificavit et patriam navigabit. Sed, ventis adversis, ad Phaeacum insulam deferebatur. Ibi benigne a rege Alcino receptus est. Tandem, deis auctoribus, ad oram patriae desideratus est. Procis occisis, una cum Penelope multos annos suis civibus praefuit.

De consulibus

Pulsis regibus, populus Romanus duos consules creavit. Diu consules nobili genere nati delecti sunt. Consules magistratum Kalendis Januariis inibant. Eo ipso die in Capitolium ascendebant et Iovi Optimo Maximo sacra faciebant, neque auspicia omittēbant. Tum populus in Forum et in viam Sacram concurrēbat et omnia spectabat. Consules et senatui in curiā et comitiis in campo Martio praeerant. Legiones et equitatum conscribebant, aciem instuebant. Domi militiaeque imperium consulibus erat concessum. Exeunte anno, consules in contionem procedebant et iurabant rem publicam bene esse gestam et opes Romanas auctas esse. Populi sententiam dictam et contione dimissam, res privatas rursus suscipere poterant.

V. Дайте відповіді на такі запитання:

1. Quando populus Romanus duos consules creavit?
2. Inter quos cives primum deligebantur consules?
3. Quo die consules magistratum inibant?
4. Quae potestas consulibus erat?
5. Quid, exeunte anno, consules in contione iurabant?

Mandate memoriae sententias Latīnas

- ✓ *Aliena vitia quisque reprehendi mavult.* – Кожен воліє засуджувати чужі вади.
- ✓ *Cessante causa cessat effectus.* – Коли зникає причина, зникає наслідок.
- ✓ *Despice divitias, si vis animo esse beatus.* – Нехтуй багатством, якщо хочеш бути щасливим душею.
- ✓ *Duobus litigantibus tertius gaudet.* – Коли двоє сперечаються, третій радіє.
- ✓ *Ianuis clausis.* – При зачинених дверях (*таємно*).
- ✓ *Salvo iure.* – Зі збереженням права.
- ✓ *Si vis vincere, discere pati.* – Якщо хочеш перемагати, навчись терпеливості.

Тема: Умовний спосіб

I. Визначте форми дієслова: audīmus, audiāmus; audiebatis, audirētis; audiris, audirēris; audīvi, audivērim; audivissent, audivērant; audītus sit, audītus est.

II. Зробіть морфологічний розбір дієслів: vivāmus, sit, audiātur, liberāres, requiescat, legissētis, laudavēris, audītus esses.

III. Перекладіть українською мовою:

1. Utīnam domus mea veris amicis impleātur! 2. Serviāmus patriae! 3. Ne sit hoc iter difficīle. 4. Sit hoc verum. 5. Quis putaret? 6. Neminem cito laudavēris, neminem cito accusavēris. 7. Ne taceas, si dicere debes. 8. Quod sentīmus, loquamur, quod loquimur, sentiamus: concordet sermo cum vitā. 9. In omnībus pericūlis constantes simus. 10. Vivat nostra civitas, vivat, crescat, floreat! 11. Dictis facta respondeant. 12. Valeant cives mei, sint beāti. 13. Amēmus patriam nostram, legibus pareāmus. 14. Qui habet aures audiendi, audiat. 15. Quis faciant leges, ubi sola pecunia regnat? 16. Et ait Deus: Faciāmus homīnem ad imaginem et similitudinem nostram. 17. Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta est lux.

IV. Перекладіть текст:

De Helvetiis

Helvetii, popūlus bellicōsus et imperii cupīdus, in animo habebant ex patria sua emigrāre et alios agros Galliae occupāre. Tum unus ex Helvetiis: “Ex patria nostra, – inquit, – emigrēmus. Antea autem comparemus nobis frumentum, confirmemus amicitiam cum finitīmis, inflammēmus aedificia et oppīda nostra. Sunt omnīno viae duae, quibus ex patria emigrare possumus: altēra per Sequānos, altēra per provinciam Romanōrum. Via, quae per Sequānos ducit, angusta et periculosa est. Per provinciam Romanōrum igitur migrēmus”.

Mandate memoriae sententias Latīnas

- ✓ Ab alio exspectes, altēri quod fecēris. – Чекай від іншого того, що ти йому зробив.
- ✓ Actum ne agas. – Не роби зробленого.
- ✓ Amīci mores movēris, non odēris. – Пізнай вдачу друга, і не буде ненависті.
- ✓ Ante victoriam ne canas triumphum. – До перемоги не оспівуй тріумф.
- ✓ Audiātur et altera pars! – Хай буде вислухана й інша сторона!
- ✓ Cedant arma togae! – Хай війна поступиться миру!

- ✓ Dictis facta respondeant. – Хай вчинки будуть відповідні словам.
- ✓ Fama semper vivet. – Хай слава живе вічно.
- ✓ Ne differas in crastinum. – Не відкладай на завтра.
- ✓ Pereat mundus et fiat iustitia! – Хай згине світ, але здійснився правосуддя!
- ✓ Quid faciant leges, ubi sola pecunia regnat? – Що можуть зробити закони там, де панують гроші?
- ✓ Saepe stilum vertas. – Часто повертай стилос.
- ✓ Suum quisque noscat ingenium! – Нехай кожен пізнає свої здібності!

Тема: Синтаксис підрядних речень

I. Зробіть морфологічний аналіз дієслів. Визначте, за якою ознакою вони відрізняються: defendit, defendebat, defendet; defendant, defenderent; laborant, laborabant; labores, laborares.

II. Утворіть третю особу однини і множини всіх часів дійсного та умовного способу від дієслів dicere, accusare.

III. Перекладіть речення. Визначте тип підрядних речень.

1. Habemus duas aures et unum os, ut plus audiamus, minus dicamus.
2. Nascimur, ut moriamur.
3. Si necessarium erit pro patria pugnare, nullum hostem timebimus, omnia pericula et labores constanter tolerabimus: salus enim rei publicae suprema lex est.
4. Avari, cum multa habeant, perpetuo egent.
5. Cum sis mortalis, quae sunt mortalia, cura.
6. Legibus servimus, ut liberi esse possimus.
7. Iudex postulat, ut reus respondeat.
8. Plato varios Socratis sermones hominibus tradidit, cum Socrates ipse nullam litteram reliquisset.
9. Cum imperatores regnarent Romae iurisprudencia florēbat.
10. Si quaesiveris, invenies.
11. Si omnes homines communi saluti servirent, omnes civitates florērent.

De Proserpina

Proserpina Iovis et Cerēris filia fuit. Celebris virginis pulchritudo Plutōnis, Orci regis, amorem incitavit. Proserpina aliquando in campo celebri floribus et caelo salubri delectabatur. Tum Pluto e regno suo evolavit et virginem in Orcum asportavit. Gravi dolore incitata mater ad Iovem properavit. “Filia mea, – inquit, – a Plutone asportata est. Nisi atrox fratris nostri scelus cohibueris, mortales homines deorum iura repudiabunt”. At Iuppiter: “Non omni tempore in Orco Proserpina manebit, sed dimidium anni tecum in terris, dimidium autem Plutōnis coniunx erit”.

Itaque dum Proserpina in tristi Plutonis regno est, gravi hieme terrae tenentur. Sed aestate dea ad matrem remigrat, agris et hortis fruges, campis flores, hominibus mortalibus voluptatem praebet.

De Mida

Midas civitatem Phrygiam rexerat. Huic aliquando Bacchus dixit: "Omnia, quae optaveris, tua erunt". Tum ille: „Opto, – inquit, – ut omnia, quae in manus sumpsero, in aurum mutantur“. Non detrectavit id deus. Cito Midas ramum de arbore decerpit; statim ramus in aurum mutatus est. Exsultabat rex gaudio. Cum vero cibum sumpisset, etiam cibus in aurum mutatus est. Tum stultitiam suam intellexit aurum contempsit. Nam auro fames non explatur. Midas fame exspiravisset, nisi Bacchus donum illud perniciosum correxisset. Cum Midas a deo auxilium postulavisset, deus eum restituit.

Mandate memoriae sententias Latinas

- ✓ Cum recte vivis, ne cures verba malorum! – Якщо чесно живеш, не бійся злих язиків!
- ✓ Do, ut des, facio, ut facies. – Даю, щоб ти дав, роблю, щоб ти зробив.
- ✓ Fortuna vitrea est – tum, cum splendet, frangitur. – Доля, немов скло: коли вона блищить, то ламається (Неважко видертися вгору, важче там утриматися).
- ✓ Non vivimus, ut edamus, sed edimus, ut vivamus. – Ми живемо не для того, щоб їсти, але їмо для того, щоб жити.
- ✓ Prima lex historiae, ne quid falsi dicat (Cic.). – Перший закон історії – не говорити неправди.
- ✓ Si felix esse vis, esto! – Якщо хочеш бути щасливим, будь!
- ✓ Si sapis, sis apus! – Якщо ти розумний, будь бджолою!
- ✓ Si vis pacem, para pacem! – Якщо хочеш миру – готуй мир!
- ✓ Si vivis Romae, Romano vivito more. – Якщо живеш у Римі, живи за римським звичаєм.

Gaudeamus!

Gaudeāmus igītur,
Iuvēnes, dum sumus!
Post iucundam iuventūtem,
Post molestam senectūtem,
Nos habēbit humus. (2)

Vita nostra brevis est,
Brevi finiētur,
Venit mors velocīter,
Rapit nos atrocīter,
Nemīni parcētur. (2)

Vivat Academia!
Vivant professōres!
Vivat membrum quodlibet,
Vivant membra quaelibet,
Semper sint in flore! (2)

Vivant omnes virgīnes,
Gracīles, formōsae!
Vivant et muliēres
Tenērae, amabīles,
Bonaе, laboriōsae! (2)

Vivat et res publīca
Et qui illam regit!
Vivat nostra civitas,
Maecenātum caritas,
Quae nos hic protegit! (2)

Pereat tristitia,
Pereant dolōres,
Pereat diabōlus,
Quivis antiburschius
Atque irrisōres! (2)

Гей, повеселімося,
Поки молодії!
Мине молодість квітуча,
Старість нас пов'є, мов туча
І земля покриє.

Те життя – лиш мить одна,
Вмить воно й пролине,
Смерть кістлява – тут як тут,
Чинить свій над нами суд:
Всіх до домовини.

Хай живе науки храм,
Хай живуть учені!
Кожен з них нехай живе.
Процвітає гроно все
У добрі, натхненні!

Хай живуть дівчата всі –
Стрункі та ласкаві!
Хай усі жінки живуть,
Що любов, тепло несуть,
Ніжні, в праці жваві!

Хай живе наш край увесь
І хто править краєм!
Хай живуть мужі ясні,
Що з їх ласки, приязні
Знань ми набуваєм!

Геть, журбо – напаснице,
Болісті, гризоти!
Геть, лукавий ліснику!
Геть, їдкий насмішнику,
З нашої спільноти!

Переклад Андрія Содомори